Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore - Cod. Aug. perg. 13

[Reichenau ?], [13. Jh.]

IX. Secundum Marcum [= 16,14-20]. Omelia b. Gregorii pape de eadem lectione.

urn:nbn:de:bsz:31-41548

Visual Library

liens in montibus; & transiliens colles.
C onsiderauit tantorum ope VI.
rum culmina & ait. Ecce iste
uenit saliens in montibus. Veniendo
quippe ad redemptionem nostram quo
dam ut ita dixerim saltus dedit.
Uultis fratres karissimi ipsos eius saltus ag
noscere? De celo uenit in uterum. de
utero uenit in presepe. de presepio ue
nit in crucem. de cruce uenit in sepul
chrum. de sepulchro rediit in celum.
Ecce ut nos post se currere faceret.
quosdam pro nobis saltus manifestata
per carnem ueritas dedit. quia exulta
uit ut gygas ad currendam uiam.
ut nos ei ex corde diceremus. Trahe
me post te. curremus in odore un
V guentorum tuorum. VII.
nde fratres karissimi oportet ut il
luc sequamur corde. ubi eum cor
pore ascendisse credimus. Desideria
terrena fugiamus. nihil nos iam delec
tet in infimis. qui patrem habemus
in celis. Et hoc nobis est magnope
re pendendum. quia is qui placidus ascen
dit. terribilis rediet. & quicquid no
bis cum mansuetudine precepit. hoc a
nobis cum districtione exiget. Ne
mo ergo indulta penitentie tempora
paruipendat. nemo curam sui cum
ualet agere neglegat. quia redem
ptor noster tanto tunc in iudicium di
strictior ueniet. quanto nobis ante

H iudicium magna patientia prerogauit.
ec uobiscum fratres agite. VIII.
hec in mente sedula cogitatione
uersate. Quamuis adhuc rerum pertur
bationibus animus fluctuet. iam tamen
spei uestre anchoram in eternam patriam
figite. intentionem mentis in uera
luce solidate. Ecce ad celos ascendisse
dominum audiuimus. Hoc ergo seruemus
in meditatione quod credimus. & si
adhuc hic tenemur infirmitate cor
poris. sequamur tamen eum passibus
amoris. Non autem deserit desiderium
nostrum ipse qui dedit Ihesus Christus dominus noster.
qui uiuit & regnat cum patre in unita
te spiritus sancti deus. per omnia secula seculorum amen.

S. C. D. M. MARCUM. IX.

In illo tempore. Recumbentibus
undecim discipulis. ap
paruit illis Ihesus & exprobrauit incre
dulitatem illorum & duriciam cordis.
quia his qui uiderant eum resurrexis
se non crediderunt. Et dixit eis.
Euntes in mundum uniuersum. predica
te euangelium omni creature. Qui credi
derit & baptizatus fuerit. saluus
erit. Qui uero non crediderit. con
dempnabitur. Signa autem eos qui cre
diderint. hec sequentur. In nomine
meo demonia eicient. linguis lo
quentur nouis. serpentes tollent. Et
si mortiferum quid biberint. non eos
nocebit. Super egros manus impo

nent · & bene habebunt · Et dn̄s quidem
ih̄c postquā locutus est eis · assumptus
est in celum & sedit a dextris dī · Illi autē
profecti p̄dicauerunt ubiq; dn̄o coope
rante & sermonem confirmante sequen
tibus signis · OMEL · B · GREG
PP · DE EADEM LECTIONE ·

QUOD RESURREC
tionem dn̄icam discipu
li tarde crediderunt · nō
tam illorum infirmitas ·
quam nr̄a ut ita dicam · futura firmi
tas fuit · Ipsa namq; resurrectio illis
dubitantib; p multa argumenta mon
strata est · Que dum nos legentes ag
noscimus · quid aliud quam de illorum
dubitatione solidamur · Minus enim
maria magdalena p̄stitit que citi
credidit · quā thomas
qui diu dubitauit · Ille enim du
bitando uulnerū cicatrices tetigit ·
& de nr̄o pectore dubietatis uulnus
amputauit · X ·

Ad insinuanda quoq; ueritatē
dn̄ice resurrectionis notandū nobis
est · quid lucas referat dicens · Conue
scens · precepit eis ab ierosolimis ne di
scederent · Et post pauca · Videntib; il
lis eleuatus est · & nubes suscepit eū
ab oculis eorū · Notate uerba · signa
te mysteria · Conuescens · eleuatus ē ·
Comedit & ascendit · ut uidelicet
per effectum comestionis · ueritas pa
tesceret carnis · Marcus uero priusquam
celum dn̄s ascenderet · eum de cordis
atq; infidelitatis duritia increpasse
discipulos memorat · Qua in re quid
considerandum est · nisi quod idcir
co dn̄s · tunc discipulos increpauit ·
cum corporalit̄ reliquit · ut uerba
que recedens diceret · in corde audi
entium arcius impressa remanerent ·
Increpata eorum duritia · quid XI ·
ammonendo audiam dicat · Euntes
in mundū uniuersum · p̄dicate euan
gelium omni creature · Numquid fr̄s
mei scm̄ euglm̄ uel insensatis rebus
uel brutis animalib; fuerat p̄dicandū ·
ut de eo discipulis dicatur · p̄dicate
omni creature · Sed omnis creature
nomine · signatur omnis homo ·
Sunt namq; lapides · sed nec uiuunt
nec sentiunt · Sunt herbe & arbusta ·
uiuunt quidē · sed non sentiunt · Vi
uunt dico · non p anima · sed p uiridi
tatem · quia & paulus dicit · Insipiens
tu quod seminas non uiuificatur · ni
si prius moriatur · Viuit ergo quod
moritur · ut uiuificetur · XII ·

Lapides quidem sunt sed non
uiuunt · arbusta autē sunt & uiuunt ·
sed non sentiunt · Bruta uero anima
lia sunt uiuunt sentiunt · sed non
discernunt · Angeli & enim sunt ui
uunt sentiunt & discernunt · Omnis
autē creature aliquid habet homo ·

Habet nanq; comune ee cum lapidib;
uiuere cum arborib; sentire cum ani
malibus. intelligere cu angelis. Si
igitur comune habet aliquid cum
omni creatura homo. iuxta aliquid
omnis creatura est homo. Omi er
go creature pdicatur euglm. cu soli
homini pdicatur. quia ille uidelicet
docet. ppter quem intra cuncta cre
ata sunt & a quo omia p quandam
similitudinem aliena non sunt.
Potest etiam omnis creature nomine
omnis natio gentium designari. Ante
& eni dictum fuerat. in uia gentiu
ne abieritis. nunc aut dicit. pdica
te omi creature. ut scilicet prius a iu
dea aplor repulsa pdicatio. tunc no
bis in adiutoriu fieret. cum hanc illa
ad dampnationis sue testimoniu sup
ba repulisset. FRA. VI.

SAULUS ADHUC SPI
Rans minarum & cedis in di
scipulos dni. accessit ad principem
sacerdotum. & petiit ab eo epistolas
in damascu ad synagogas. ut si quos
inuenisset huius uite uiros ac mulie
res uinctos pduceret in ierlm. Et cu
iter faceret. contigit ut appropinqua
ret damasco. Et subito circumfulsit
eum lux de celo. & cadens in terram
audiuit uocem dicentem sibi.
Saule saule. quid me psequeris.
Qui dixit. Quis es dne. Et ille.
Ego sum ihc. quem tu psequeris. Du
rum est tibi contra stimulu calcitra
re. Et ille tremens cum stupore dix.
Dne. quid uis facere de me. II.

Dominus dixit ad eu. Surge
& ingredere ciuitatem. &
dicetur tibi quid te oporteat face
re. Viri aut illi qui comitabantur
cu eo stabant stupefacti. audientes
quide uocem. neminem aut uiden
tes. Surrexit aut saulus de terra.
& apertis oculis nihil uidebat. Adma
nus aut illum trahentes. intro duxe
runt damascum. Et erat ibi tribus
dieb; non uidens & non manducans.
neq; bibit. Erat aut quida discipulus
damasci nomine ananias. & dixit
ad illu in uisu dns. Anania. At ille
ait. Ecce ego dne. Et dns ad illum.
Surge & uade in uicu qui uocatur
rectus. & quere in domo iude sau
lum nomine tharsensem. ecce enim
orat. Evang. III.

Et ipse in uisu uidit. uiru nomi
ne ananiam introeuntem. &
imponente sibi manum. ut uisum
recipiat. Respondit aut ananias.
Dne. audiui a multis de uiro hoc.
quanta mala scis tuis fecerit in ie
rusale. & hic habet potestatem a
pncipib; sacerdotu alligandi omis
qui inuocant nomen tuu. Dixit
aut ad eum dns. Vade. quo uas